UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De Translatione sancti Augustini episcopi. Cap[itulum]. clxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

De ſctō Johanne viro dei confeſ. Cap. clix.

IOhānes vir ſctūs anachorita in deſerto ſurrie claruit: q̄ totius gratie hō fuit: in quo vt dicit hieronymus vbi ſupra: tāta cōſolationū gratia reful ſit: vt quecūꝗ meſticia quocunꝗ tedio quis oppreſſus fuiſſet: paucis eiꝰ ſermonibꝰ alacritate ⁊ leticia repleret: ſed ⁊ ſanitatū grā plurima ſibi a deo donata eſt. Hec in vitis patrum.

De ſanco Romano abbate. Cap. clx.

ROmanus abbas in territorio lugduneñ. in locis virētibus claruit. Qui primꝰ in eodē loco vitā heremiticā duxit: ⁊ multis virtutibus ⁊ miraculis inſigniter effulſit: ac plurimoꝝ poſtmodū pater extitit monachorum. Qui ⁊ in eodē loco ſanctitate famoſus: in chriſto quieuit pridie kalendas martij. hec vſuardus.

De Tranſlatione ſancti Auguſtini epiſcopi. Cap. clxi.

TRāſlatio corporis ſancti auguſtini facta eſt anno domini. ccccccc. xviij. trāſactis ab obitu ſancti annis. cclxxx. tp̄e aliprādi regis longobardoꝝ. Nam cum beatus doctor apud hipponeñ. ciuitatē aphrice: cuiꝰ ep̄s fuit in dn̄o quieuiſſet: ibiꝗ ſepultꝰ fuiſſet. Poſt aliqđ tp̄s barbari terrā illā occupauerūt: ⁊ loca ſctā prophanauerūt: ꝓpter qđ fideles corpꝰ ſancti auguſtini inde e tulerūt: ⁊ ip̄m in ſardiniā trāſtulerūt. Tp̄e igit̄ p̄miſſo aliprādus p̄dictus longobardoꝝ rex audiēs ſardiniā a ſaracenis depopulatā: ſolēnes illuc nuncios miſit: vt doctoris ſcti reliq̄as papiā deferrēt: q̄ magno p̄cio dato corpꝰ ſcti auguſtini tulerunt: ⁊ ip̄m vſꝗ ianuaꝫ nauigio adduxerūt. Quod deuotꝰ rex audiēs vſꝗ ad dictā ciuitatē ei obuiauit: ⁊ reuerenter illud excepit. Cū aūt mane corpus vellēt educere: nullo modo inde moueri potuit: donec rex votū emiſit: ꝙ ſi ſe ide deduci p̄mitteret: ibidē in noīe eius eccl'iam fabricaret. Statiꝗ corpꝰ ſine vlla difficultate inde motū eſt: ⁊ rex qđ vouerat adimpleuit. Idē miraculū die ſequēti in villa ep̄atus cōdenēſis que đ caſſelle cōtigit: ⁊ eodē modo ibidē in honore ſctī rex aliā eccleſiā cōſtruxit. Et q: videret ſctō cōplacere: vt in ſuo noīe eccl'ie plures fierēt: vbicūꝗ manſiſſet corpꝰ nocte cū rege: timēs ne aliū locū ꝙ vbi deſiderabat ſibi eligeret: in honore eius eccl'iam inchoabat. Sicꝗ cū gaudio papiā deducit̄ ⁊ in eccl'ia ſancti petri que đ celū aureū honorifice collocatur pridie kalē. martij: vbi claris virtutum ſignis effulget.

De ſanctis ducentis ⁊ ſeptuaginta duobus martyribus. Cap. clxij.

DUcēti ⁊ ſeptuaginta duo martyres rome ſub claudio paſſi ſunt: quos p̄mo ꝓ xp̄i noīe ad arenā fodiendam damnatos iuſſit claudiꝰ vt foras muros porte ſalarie i āphitheatro mitterent̄: ibiꝗ ſagittis militū interficerent̄. Quod audiēs marius cū filijs ſuis audifax ⁊ abachuch: vt in eorum paſſione habet̄. xiiij. kalen. februarij: illuc acceſſerūt iohāne p̄ſbytero ſecū aſſumpto: vt ſanctorū corpora ſepelirēt. Et inuenerūt ipſa igni ſuperpoſita. Tunc exuētes ſe ceperunt corpora ſubtrahere: ⁊ ſepelire quotquot ex ipſis potuerūt: que et ibidem ſub cliuio cucumeris recondiderunt. Cetera xo igne conſumpta ſunt. Qui paſſi ſunt kalen. martij.

De ſancto Herculano ep̄o. Cap. clxiij.

HErculanꝰ ep̄us ciuitatis puſine anno. xvij. iuſtiniani imparoris ſub rege gothorū totilla paſſus eſt: vt ait ſigibertus. Hic ex cōuerſatione monaſterij ad ſacerdotalis ordinis gratiaꝫ deductus eſt. Totille aūt regis gothoꝝ temporibus eandem vrbem annis ſeptē continuis exercitꝰ gothorū obſedit: ex qua multi ciuiū fugerūt qui periculū famis ferre nō poterāt. Anno xo. vij. necdū finito obſeſſam vrbeꝫ exercitus gothorū intrauit. Tūc comes q̄ exercitui p̄erat ad regē nūcios miſit exq̄rens: q̄d de ep̄o vel pp̄lo fieri iuberet. Qui mādauit ep̄o primo a ceruice vſꝗ ad calcaneū corrigam tolli: ⁊ tūc caput eiꝰ āputari: oēꝫ xo pp̄l'm gladio extingui. Tūc idē comes crudelitatē tātā abhorrēs herculanū ep̄m ſup murū vrbis capite trūcauit: eiuſdēꝗ cutē iam mortui a vertice vſꝗ ad calcaneū incidit: vt ex eius corp̄e corrigia ſubtracta videretur: moxꝗ corpꝰ extra murū ꝓiecit. Quod q̄dā hūanitate cōpulſi abſciſum caput ceruici apponētes cum corp̄e pueri infantꝫ illic iuxta muros repto ſepulture tradideꝛt. Cūꝗ poſt eādē cedē die. xl. rex totilla miſiſſet: vt ciues vbilibet diſperſi ad ipam ciuitatē ſine trepidatione remearēt. hi q̄ p̄us famē fugerāt: accepta viuēdi lnia reuerſi ſūt. Qui corpꝰ ep̄i ſui p̄q̄rētes: effoſſa terra vbi iacebat corpꝰ pueri parit̄ hūati: vtpote die. xl. corruptū ⁊ xmibꝰ plenuꝫ: corpꝰ xo ep̄i ac ſi die eodē eēt ſepultū iuenerūt. Et qđ mirabiliꝰ eſt: ita caput eiꝰ vnitū fuerat corpori: ac ſi nequaꝗ fuiſſet abſciſum: in q̄ nec ſectiōis veſtigia appareret: ⁊ ſil'r tergū eiꝰ p̄q̄rētibꝰ ita ſanū atꝗ integeratū oīe corpꝰ inuētū eſt: ac ſi hoc nulla inciſio ferri tetigiſſet: qđ intra vrbem adducentes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN